Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Vita Eivsdem Ex Ioannis Trithemii Abbatis Spanheimensis libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Visual Library

VITA EIVSDEM EX IOANNIS TRITHEMII

Abbatis Spanheimenſis libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

C*AESARIVS, monachus in Heiſterbach, ordinis Ciſtercienſis, natione Theutonicus, Colonienſis Agrippinæ diœceſis, vir deuotus, & in regulari diſciplina præcipuus, atque in diuinis ſcripturis longa exercitatione ſtudioſus, compoſuit ad inſtructionem nouitiorũ, quorum inſtructor erat, ſimplici & aperto ſermone nonnulla opuſcula, quorum lectio deuotis & ſimplicioribꝰ fratribus non eſt ſpernenda, de quibus ego tantum reperi ſubiecta.*

Opus prolixum de miraculis & viſionibus diuerſis ſuo tempore factis in Germania, quod ad imitationem S. Gregorij Papæ prænotauit.

D*ialogorum de varijs libr.* XII. *Colligite fragmenta ne*

In Euangelijs Dominicalibus libr. II. *Botrus Cypri dilectus.*

In Euangelijs de Sanctis lib. I. *Dominus ac Saluator noſter Ieſus.*

Sermones ad nouitios libr. I.

Alia inſuper complura edidit, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Extant item in tom.6. de vita Sanctorum R. P. Laurentij Surij, de vita S. Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis, libr.II.

Item Commentariorum in Eccleſiaſticum libr. IX. *reperiuntur Coloniæ M. S.*